Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1190 - 1191

urn:nbn:de:bsz:31-326693

Visual Library

128. *In einer Urkunde Konrads des erwählten Bischofs von Straßburg für das Lautenbacher Capitel:* hęc autem acta sunt ab incarnatione domini 1190 anno, presentibus canonicis Argentinensis ęcclesię [Eberh]ardo[a] preposito, Heinrico custode, Alberto de Sneigenberc, Morando scolastico, Burchardo vicedomino[1]. *1190.*

B aus Straßb. Bez.-A. G nr. 30 *or. mb. c. 2 sig. pend. delapsis.*
Gedruckt darnach bei Laguille pr. p. 28; Grandidier Oeuvr. inéd. I, 576 nr. 10; Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XI, 319.

129. *Bischof Konrad von Straßburg entscheidet, daß der Pfarrer von Hüttenheim zu keiner Dienstleistung gegen irgend einen Archidiacon des Straßburger Domstifts verpflichtet sei. 1191 Straßburg.*

In nomine sancte et individuę trinitatis. C[ûnradus] dei gracia Argentinensis ecclesię minister humilis universis tam presentis quam futuri temporis hominibus, ad quos hoc scriptum pervenerit, perpetuam[b] in domino salutem. universitatis vestre noscat dilectio, quod, cum dominus Heinricus Argentinensis majoris ecclesię custos apud Hutinheim[2] in judicio suo, quod vocatur Christianitatis placitum[3], consedisset, a parrochianis inquisivit, quis se et suos ibi procurare deberet, responsumque est, quod duobus annis continuis suus ei dispensator ibi deberet ministrare; de tercii vero anni servicio se dubitare dicebant. aliqui tamen erant, qui dicebant, quod plebanus superioris capellę in tercio anno servire teneretur. ad quam relationem cum Hartungus jam dictę capellę plebanus ad presentiam nostram appellasset et nos in placito nostro Argentine super hoc justiciam per sentenciam inquisivissemus, dominus Eberhardus Argentinensis prepositus, qui prius custos fuerat et eandem capellam diu tenuerat, in virtute obędientię interrogatus asseruit, quod nec ipse nec aliquis antecessorum suorum infra quadraginta annos, quos se bene in memoria habere dicebat, in illa capella alicui archidiacono ullum servicium fecisset. per sentenciam igitur secundum adtestationem prepositi adjudicatum est, quod, cum plebanus et sui antecessores actenus ab hujusmodi servicio liberi[c] fuisse, etiam deinceps debere esse inmunes. quam sentenciam et nos incontinenti confirmavimus et inconvulsam esse volumus. ne igitur super hoc aliqua postmodum suboriri possit dissensio, hec adscribi et sigilli nostri auctoritate fecimus corroborari. acta sunt hec anno dominice incarnationis 1191, regnante Heinrico inperatore, presentibus et consentientibus confratribus nostris E[berhardo] preposito, F[riccone] decano, Morando scolastico, archidiaconis B[urchardo] de Granies, C[ûnrado] de Gûndolfingen, H[ugone]

a) *Die fünf ersten Buchstaben verwischt, von Laguille und Grandidier zu* Reinhardo *ergänzt.* b) *B* perpetuuam. c) *B* libereri.

[1] *Im Jahr 1189 wird urkundlich ein* Burkardus de Argentina, qui cognominatus est Wolf, *erwähnt, der dem Kloster Hohenburg durch die Hand seines Sohnes Hugo sowie Dietrichs und Burkards vom Stein eine Mühle in Ottenrode und Grundstücke überträgt. Straßb. Bez.-A.* G fasc. 1229 *or. mb. c. sig. pend. læso.*

[2] *In Gallia christ. V, 800 wird die Urkunde fälschlich auf Ittenheim bezogen.*

[3] *Cfr. nr. 84 not. 1.*